De colonis, & saltuensibus.

3. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. [1] * Mag. utriusque militiæ.

CUra pervigili obſervare debebit, ſublimitas tua, ne coloni, vel ſaltuenſes, aut ultro ſe offerentes ad militiam ſuſcipiantur armatam [2], aut cogantur inviti.

De curialibus, & cohortalibus.

4. Imp. LEO A. Dioſcoro.

OMnes omnino curialis, vel cohortalis conditionis conſtituti nullam armatam militiam in poſterum arripiant.

Ut nemo duplici militia, vel dignitate, & militia ſimul utatur.

5. Imp. JUSTINIANUS [3] A. * Mag. Offic.

HIs [4] quidem [5] quibus indultum hactenus demonſtratur, quo binis [6], aut ternis, pluribusve mercantur [7] cingulis, non conjunctis ex priſca conſuetudine, ſed abſcetis [8], atque diſcrepantibus, detur electio, quem retinendum ſibi potius cenſeant, quem deferendum cognoſcant: ut in eo, quod optaverint [9], firmiter maneant: eo, quod deſpexerint, ſine dubitatione repellantur. In poſterum vero nemini prorſus facultas pateat eodem tempore plus quam unius ordinis nomen affectare: interdicendis in commune cunctis (ut dictum eſt) binis pluribusque militiis, nec dignitatem conjungere cuilibet alii cingulo concedendis [10], ut & qui ſupplicandum de re vetita nobis exiſtimaverint, pœna decem librarum auri pro temeritate quamvis infructuoſa plectantur: & qui ſuſceperint juſſionem Auguſtam per ſurreptionem elicitam (quod nonnunquam contingit) decem librarum auri multa feriantur, ſerinitis etiam, necnon officiis, quorum hoc interſit, ſi non reſtituerint, & [11] hanc pragmaticam legem abjecerint [12], decem librarum auri [diſpendio] puniendis. Si quid autem contra hoc perpetretur, ſciant omnes, quod extra [13] conceſſum admiſſum eſt, aut actum fuerit, vel notis conſcriptum publicis, ſimile habeatur, ac ſi nec impetratum nec pronuntiatum omnino, nec inſertum eſſet ullis matriculis: ſciturisetiam omnibus, qui merentes in ordinibus armatis, ſive civilibus adminiſtrandas provincias, ſeu gerendos quoslibet numeros, vel jam ſunt, ſeu de cætero fuerint juſſione noſtra ſortiti: & ut ſervetur eis gradus, Auguſta promeriti ſanctione parem indulgendam ſibi licentiam, poſtquam depoſuerint ſollicitudinem, aut in priori cingulo protinus perſiſtendi, nullo vindicando titulo dignitatis, quam ſollicitudo media præſtiterit: aut retinendi ſplendorem, quem acquiſierint adminiſtrationis obtentu: verum priore cingulo deſiſtendi. Monente [14] tamen innata nobis clementia, liberum eſſe cunctis perſpeximus [15], ſi militia, qua decedendum eſt, inter [16] eas habeatur, quas volentibus [17] licet diſtrahere: & in alios eam conferendi, & pretia conſequendi: prout in iisdem agminibus conſueverit hactenus: excipiendis [18] videlicet, nec deducendis in hanc perpetuo conſervandam legem pragmaticam his, qui binas militias ſimul [19] compoſitas, & ſociali nexas conſortio fuerint adſecuti: ut in Viris Devotiſſimis [20] Scholaribus, atque candidatis fieri moris eſt: necnon in viris Devotis Laterculenſibus, & Pragmaticariis, vel a ſecretis contingit: quos memorialium, aut etiam agentium in rebus adornat cingulum [21], & ſi qui ſimili ſtipendiorum junguntur copula.

De ſervis.

6. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SUper [22] ſervis, qui poſtea ad quandam militiam adſpirare tentaverint, vel ſcientibus, vel ignorantibus dominis, præcipimus, æquidem ignorantibus his eam meruerint, licere dominis adire competentem Judicem, & fuam ignorantiam [23] (eo [24] quod contrarium minime probatur) oſtendere, eoque modo ſpoliatos eos militia in ſuum dominium trahere [25]. † Sin [26] vero ſcientibus [27] his ſervi militarint, cadere quidem eos, non tantum dominio eorum, ſed etiam omni patronatus jure: illos vero ingenuos effectos, ſiquidem utiles ad militiam eis datam viſi fuerint, in ea durare: ſin vero minime idonei ſint, ea privari. Super illis autem ſervis, qui jam militaverunt, & adhuc in eadem militia perſeverant, licentiam damus dominis intra triginta dierum ſpatium ab [28] eo tempore connumerandorum, quo præſens ſanctio divulgata fuerit, vel noſtram adire clementiam, vel competentes judices, & fuam ignorantiam [29] commendare, eosque in ſuum dominium recipere. Quo tempore transacto, ſimili modo, tam dominio, quam omni patronatus jure cadere eos neceſſe eſt.

1 *Al.* Diocl. & Maximian. AA. 2 Armari, aut. adde *l. 19. ſupr. de agric. & cenſit. l. 11. tit. 47.* 3 *Al.* Juſtinus. 4 Eis. 5 Duas militias diverſi generis, aut dignitatem & militiam eodem tempore quis habere non poteſt. *Ex Bart.* 6 Duas militias, duasve dignitates nemo eodem tempore habere poteſt: ut ne vel duplicem obeat militiam, vel dignitatem cum militia. Qui ſecus facit, pœna decem librarum auri mulctandus: nec quidquam ex eo fructus conſequitur. *Syn. Baſil. 16. tit. 1. cap. 42.* adde *l. 10. §. 1. ſupr. de proxim. ſacrorum ſcrinior um. lib. 1. tit. 19. l. 1. verſ. illi quoque. ſupr. de præpoſit. agent. in reb. lib. 1. tit. 21. l. 10. ff. de muneriis.* 7 Mereant, forte: aut certe *ſtatuunt.* 8 Abſectis. 9 Adoptaverint. 10 Concedi. 11 Nec.

12 Objecerint. 13 Contra conſenſum. 14 *Moderante tamen*: hanc quoque variationem notavit Accurſius. 15 Proſpeximus. 16 Militiarum plura ſunt genera. *Novell. 35. & 85.* 17 Militiæ quædam vendi poſſunt. Talis fuit militia ſilentiariorum. *l. 30. in fin. ſupr. de inofficioſo teſtam.* domeſticorum, *l. 6. §. 3. ſupr. de advocat. diverſ. judicum* adde *Nov. 53.* alia neque vendi, neque pignorari poſſunt. *l. 6. §. que res pignori.* 18 Excipiendi.

19 Militiæ duplices eſſe, ſimplices, & hoc eſt, conjungi poſſunt. Ita beneficiarii beneficia alia aliis adjungunt & cumulant. 20 Dicatiſſimis.

21 *Cingulis, in tot. ſtatut. lib.* 22 *Ezieg. tit. 7. tit. 6. ex lib. 57. tit. 1. cap. 43. & lib. 57. tit. 1. c. 4.* vide *l. 11. ff. de re militi.* 23 Innocentiam, Cujacius, *ex vet. l. Gracis, qui vertunt ἀξιωτηται.* 24 *l. 7. ſupr. hoc tit. l. 4. ſupr. de præpoſit. ſacri cubic. h. t. tit. 1. Novo 123. c. 10.* 25 Protrahere. 26 Probatur aut præſumitur ignorantia facti aliena, niſi ſcientia probetur, *ut hic, & l. 21. ff. de probat.* niſi, quod ignoratum dicitur, in fama vulgi fuerit, *l. 30. §. 3. ff. de adq. hered.* aut notorium fuerit, *l. 11. §. 3. ff. de inſtitorio act.* aut factum proprium etiam contineat, alieno conjunctum, *l. ult. ff. pro ſocio.* vel niſi agitur de facto vicini, *l. 9. ſupr. de nuptiis, l. 15. ff. locati*, coalumgianti, *l. 7. ſupr. de in integr. reſtit. l. 27. §. de lib. cauſa.* domeſtici, *l. 8. §. 6. ſupr. de reſpud. l. ult. §. 10. ſupr. de jure delib. l. 3. ſupr. de negot. geſt.* adde *Nov. 90. c. 1.* Nominis etiam proprii ignorantia non præſumitur. adde Socinum *regul. 176. cap. 174.* 27 Servus militam vel dignitatem ſciente domino adeptus, neque in poteſtate domini eſt, neque ejus libertus, ſed ingenuus plane, *ut hic. & l. 7. §. h. l. 3. §. 6. ſupr. de bonis libert.* Angultus tamen neceſſitate cogente libertinis militibus uſus eſt: Quin ſervos viris fœminisque pecunioſioribus indixit, ac ſine mora manumiſſos ſub priore vexillo habuit. Sueton. *Auguſt. 25.* Quid? libertus patrono conſentiente miles factus, num patronatus jure folvitur? Quidam ita putant: alii velut ingratum in ſervitutem, eo facto, revocari poſſe notant: quorum neutrum probat Cujac. *c. 10. de jur.* Quid? negotiatores poſſuntne milites eſſe? non poſſunt. vide *l. un. infr. tit. prox.* 28 Vide quæ ad hunc locum ſcripſi *l. 7. §. h. l.*

7. Idem A. Joanni P. P.

SI [30] quis [31] ſervum ſuum dignitatem habere, quemadmodum militiam, fuerit paſſus: ſpolietur, & dominio ſervi, & jure, quod pertinet [32] ad patronos. *Cui enim ſervandum eſt, homines a noſtra manus donatione accipientes, adhuc inter ſervos haberi, & ſorte cum ſuis dominis noſtram purpuram adorantes?* In his itaque caſibus, in quibus non militia, ſed dignitas, volentibus dominis, ſervis acquiritur, eadem jura ſerventur [33], quæ antea polita ſunt: ne videatur noſtra ſanctio aliquid habere imperfectum. † Sciant autem domini ad exemplum præteritæ noſtræ conſtitutionis, quæ de hujusmodi ſervis loquitur, quod niſi hoc intra triginta [34] dies, ex quo eis hoc fuerit notum, manifeſtaverint, & competentem judicem adierint, & ſpoliare eos dignitatibus curaverint: dominium eorum, & jus patronatus amittant: nobis deliberantibus, poſtquam dominio ſervi fuerint liberati, & inter ingenuos [35] connumerati, ſi oporteat eos habere dignitatem, vel ea quaſi indignos [36] ſpoliari [37].

Ne quis duplicem habeat militiam.

8. Conſtitutio deſideratur. Ejus ſententia ex lib. 57. Baſil. hæc eſt doctiſſ. Cujacio referente.

HÆc conſtitutio Græca confirmat primam conſtitutionem hujus tituqua cavetur, ne quis eodem tempore duas militias habeat, adjiciens, ne quis aliam militiam habeat, & præterea tribunis notariis adnumeretur: & exigit, ut apud acta quisque deponat, utrum malit dignitatem, an militiam. Et in eam rem ſtatuit tempus trium menſium intra quos ex quo præſens conſtitutio promulgata fuerit, adeat quisque in urbe Comitem privatarum, in provinciis præſides, & fuam voluntatem exponat. Quo tempore elapſo, præcipit Conſtitutio, ut ſi plures habeat militias, unam tantum retineat: ſi militiam & epiſtolas tribunorum notariorum, tribunus tantum maneat: ſi militiam & Comitis dignitatem, militiam amittat, dignitatem [38] Comitis primi ordinis retineat, nulla pragmatica forma ex contrario locum obtinente: Quod ſi quis militiam habens fiat præſes provinciæ, & ut ſibi gradus ſervetur a principe promeritus ſit, jubet Conſtitutio tunc gradum ei militiæ ſervari, nec uti eum dignitate ex provinciæ adminiſtratione conquiſita. Quod ſi quidam utramque retinere ſtudeant, & forte duplici militia utantur, utramque amittunt. Definit & in eosdem pœnam viginti librarum, etiam ſi ſacram formam hujus Conſtitutioni contrariam obtinuerint, atque etiam in præſides, qui eam ſuſceperint.

TIT. XXXV.

NEGOTIATORES [39] NE MILITENT.

1. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

EOs, qui vel in hac alma urbe, vel in provinciis cuidam [40] ergaſterio præſunt, militare de cætero prohibemus, exceptis argenti diſtractoribus, qui in hac alma urbe negotiantur. Hos enim utpote utiles omnibus [41] contractibus, armata quidem militia penitus abſtinere ſancimus: aliam vero quamcunque ſine metu præſentis ſanctionis poſſe ſibi acquirere. † Si qui vero negotiatores [42], quos omni militia prohibuimus, jam militarunt: eis licentiam damus negotiationem quidem relinquere, militiam vero retinere: ſcientibus quod ſi poſtea negotiantes appareant, militia privabuntur. Quod & in argenti diſtractoribus hujus almæ urbis, ſi armatam militiam jam ſortiti ſunt, tenere volumus: ut relicta negotiatione liceat eis in eadem militia [43] durare. Negotiantes [44] etenim poſt hanc ſanctionem, hujusmodi militia privabuntur: illis, qui ad armorum extructionem ſuam profeſſionem contulerint, minime prohibendis ad competentem ſuæ profeſſionis venire militiam, & hujusmodi negotiationem nihilominus retinere.

TIT. XXXVI.

DE RE [45] MILITARI.

De poſtliminio.

1. Imp. ANTONINUS A. Annæ militi.

STipendia & donativa temporis, quo apud hoſtes fuiſſe te dicis, reſtitui tibi poſtliminio regreſſo [46] reſtitutoque, non jure deſideras.

De his, qui 20. ſtipendia impleverunt.

2. Idem A. militibus cohortis primæ.

VIginti [47] ſtipendia ſi impletis, fordida munera [militiæ [48]] vobis non indicentur.

29 Innocentiam. 30 *Synopſis Baſil. di. 1. cap. 31.* vide *l. 11. ff. de re milit. l. 6. ſupr. h. t.* 31 Dominus patiens ſervum in dignitate eſſe, privabitur dominio, & jure patronatus. *Bart.* 32 Fervent. 33 Reſervantur. 34 Militiam adeptus ſervus ignorante domino, ſi militare eum poſtea comperierit dominus, neque intra dies triginta a tempore noctus fuerit, in poteſtate domini eſſe deſinit: neque libertus fit, ſed ingenuus, *ut hic. l. 6. ſupr. h. t.* Spatium autem illud triginta dierum non omnibus ſervis præſcribitur, ſed iis, qui tempore conſtitutionis ſextæ *h. t.* militabant, non iis, qui poſtea militaverint: quod & Latinos & Græcos interpretes non animadvertiſſe notat Cujac. *c. 1. de tempor.* adde quæ ſcripſi ad *leg. 7. in fin. ſ. de publ.* 35 *l. 6. hoc tit.*

36 Indigni ſunt. 37 Expoliari. 38 Τὴν ἀξίαν τῆς κομητ-ῶτ-ς ὑπατικῆς ἀξιωματ-ῶν: id eſt, dignitatem Comitis conſiſtoriani, quanquam & is Comes ſit primi ordinis, *ſic Nov. 13. §. 1.* τὸν πρῶτον κομητα τῆς ὑπερτάτης βήματ-ς τῶν λαμπροτάτων, vide Cujac. *7. obſ.* 10.

39 Al. *De negotiatoribus ne, &c.* Militare negotiatores prohibentur, *ut hic*, ut & ſervi, vide *l. 6. l. 7. 8. tit. pr. l. 11. ff. de re milit.* vide Sidonium primo *epiſt.* ad Eborium. 2. *ſolect.* 3. 40 *l. 8. §. de dignitatib. l. 1. ſupr. de præpoſitis agentium in reb. h. l. tit. 21. l. 12. in fin. ſ. de cohortalib. h. l. tit. 58.* 41 Omnium. 42 De negotiatorum utilitate & prohibita militibus negotiatione, vide Fornet. *2. ſolect.* 3. 43 Provincia. 44 Negotiatores.

45 *L. 7. C. Theod. h. t. L. 49. D. 16.* 46 Reverſo. *Goth.* Accipienda eſt hæc lex non de abſentibus cujus, qui ſi redierit, non exquiritur ejus ſtipendia & donativa, *l. penult. ff. de excuſ. tut.* ſed de tranſuga militiæ a Principe reſtituto, qui non accipit ſtipendia & donativa, *l. 11. C. Theod. h. t.* 47 *l. 2. §. 2. de ſpectac. & ſpectat.* Ste &in *l. 6. in fin. ſ. de bon. damnator. S. L.* 13 Κεφαλαιῶδ-ς τιμωρέται hæc ſententia. Qui hoſtes provocat, aut hoſtibus Romanos tradit, capitali pœna adhibitur. 6. Harm. S. Porro de ignis ſuppliciо & vivocombuſtione vide *l. 3. §. de Nili aggerib.* 48 *Al. deeſt.*

De ignominioſa miſſione.

3. Idem A. Juliano.

[M]ilites] ignominia [1] miſſi cum infamia notentur: nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus [2] deferri ſolent, uti poſſunt, habeant autem morandi, ubi velint, poteſtatem, præterquam in eis locis, in quibus ſpecialiter arguentur [3].

De deſertoribus.

4. Imp. ALEXANDER A.

DEfunctorum [4] in deſertione [5] bona confiſcari divus Marcus, & Antoninus pater meus conſtituit.

5. Imp. GORDIANUS A. Valentino, & aliis militibus.

CUm allegatis ſeptem annos in deſertione egiſſe maritum ſororis veſtræ, & indulgentia noſtra eſſe reſtitutum: non recte deſideratis, ut id tempus, ac ſi in caſtris fuerit, habeatur. Proinde excepto eo tempore, quod ad deſertores pertinet, reſtitutus ex indulgentia noſtra, reſiduo militare debebit: ideoque nec [6] ſtipendia temporis, quo in deſertione fuerit, exigere poterit.

De cauſaria miſſione.

6. Idem A. *

SEmel cauſaria [7] miſſis militibus, inſtauratio non ſolet concedi [8] obtentu recuperatæ valetudinis melioris: quando non temere dimittantur, niſi quos conſtet medicis [9] denunciantibus, & Judice competente diligenter examinante, vitium contraxiſſe.

De militari, vel pagatico delicto.

7. Idem A.

FRuſtra vereris, ne nota, quæ propter delictum militare interceſſit, exiſtimationem tuam jam veterani læſiſſe videatur: maxime cum nec ex eo delicto, quod in paganorum poteſt cadere perſonam, notatos milites, poſt miſſionem placuerit eſſe famoſos.

De cauſaria miſſione.

8. Imp. PHILIP. A.

CAuſaria [10] miſſus, nulla exiſtimationis macula adſpergitur.

De eo, qui barbaris prædandi facultatem dedit, vel cum eis prædam diviſit.

9. Imp. CONSTANTINUS A. & Cæſar. *

SI quis [11] barbaris [12] ſceleratæ factione facultatem deprædationis in Romanos dederit, vel ſi quis alio modo factam diviſerit, vivus [13] comburatur [14]. Dat. 4. Kalend. Maji, SEVERO & RUFINO CONSS.

De familiæ appellatione.

10. Idem A. Titiano P. P.

QUicunque militum ex noſtra auctoritate familias ſuas ad [15] ſe venire meruerint, non amplius quam conjuges, liberos, ſervos etiam de peculio caſtrenſi emptos, neque adſcriptos cenſibus, ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. Dat. 3. Kal. Jun. LIMENIO, & CATULINO CONSS. 349.

Ut tribuni, vel milites in manſionibus ſolitis maneant.

11. Impp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. Cynegio P. P.

TRibuni [16], vel milites nullam [17] evagandi per poſſeſſiones habeant facultatem: poſt cum ſignis propriis in manſionibus ſolitis ac publicis maneant. at ſi quis tam neceſſaria ſcita contemperit: de eo, ac tribuno ejus ad noſtram ſcientiam Rectorum, ac Defenſorum relationibus protinus referatur, quatenus ſeverillime in eos animadvertatur. Dat. 4. Id. April. CP. RICHOMERE & CLEARCHO CONSS. 384.

Si exercitus in ripa conſiſtat.

12. Iidem AA. Richomeri comiti & Magiſtro utriusque militiæ.

CUm [18] ſupra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo conſiſtit: ideo provida auctoritate decernimus, ut nullos omnino immundo [19] ſimo forditatis fluentis commune [20] poculum polluat: neve abluendo equorum ſudores [21] deproperans publicos oculos nudatus incetiet, ſed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum hoc ipſum faciat.

Ne milites ſibi vacent, vel aliena obſequia peragant ſine nutu principis. 1. De acceſſu ad Comitatum. 2. De multitudo vagis.

13. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Romuliano P. V.

NEmo [22] miles ex his, qui præſentes divino [23] obſequio noſtræ clementiæ deputati ſunt, & qui in hac alma [24] urbe præſente [25] Comitatu conceſſi ſunt, quive de aliis numeris, vel legionibus ſunt, vel [26] ſibi vacet, vel aliena [27] obſequia ſine nutu principali peragere audeat: qui autem in hujusmodi facinore fuerint convicti: militia exuti pœnas conſentaneas luere compellantur: hi vero, qui in privato obſequio militem retinere fuerint reperti, quinque libris auri multæ nomine feriantur. §. 1. Si vero quisquam miſſus a numero [28], vel a Tribuno ad Comitatum Serenitatis noſtræ pervenerit, (aliter enim eos hoc facere vetamus) illico ſe viris illuſtribus comitibus ſub quorum regimine conſtituti ſunt, offerre feſtinet: & cauſas profectionis exponat: ut & reſponſum cœleſte mereatur, & citam remeandi accipiat facultatem.

§. 2. Si [29] quos autem milites per Provincias relictis propriis numeris paſſim vagari [30] præſides earum cognoverint, correctos [31] facient cuſtodiri, donec de his clementiæ noſtræ auribus intimetur, & quid fieri oporteat decernamus. Dat. Kal. Febr. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De militibus a numeris ad alios numeros non transferendis.

14. Iidem AA. Stiliconi magiſtro militum.

COntra [32] publicam utilitatem nolumus a numeris ad alios numeros milites noſtros transferri. Sciant igitur Comites, vel Duces, quibus regendæ militiæ cura commiſſa [33] eſt, non ſolum a Comitatenſibus [34] ac Palatinis [35] numeris ad alios numeros milites transferri non licere: ſed ne ipſis quidem [36], (ſeu de Comitatenſibus legionibus, ſeu de caſtris riparenſibus [37] caſtrenſianis,) cæterisque, cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam: niſi hoc Auguſta majeſtas publicæ utilitatis gratia fieri jufſerit: quia honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit devenire: quod ſi quis contra fecerit, per ſingulos milites ſingulas auri libras a ſe noverit [38] exigendas. Dat. 14. Kal. April. *Mediol.* STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

Quibus rebus milites vacare debent.

15. Imp. LEO A. Aſpari Magiſtro militum.

MIlites [39], qui a republica armantur & aluntur, ſolis debent utilitatibus publicis occupari: nec agrorum cultui, & cuſtodiæ animalium, vel mercimoniorum quæſtui, ſed propriæ muniis inſudare militiæ, nullum præterea ex militibus poſthac prædictis obſequiis vacare magnitudo tua patiatur: ſed frequentes in numero ſuo eſſe jubeat: ut armorum quotidiano exercitio ad bella ſe præparent. Quod ſi quis ex militaribus Judicibus ullos militum tam divinis quam regiis, vel privatis domibus ac poſſeſſionibus, diverſisque aliis obſequiis contra interdictum ſerenitatis noſtræ credideriit deputandos: ſciat ſe ab [40] eo, qui contra vetitum fecerit, & ab eo, qui aulis accipere militem fuerit, per ſingulos milites ſingulas libras auri protinus exigendas. Dat. prid. Non. Jul. CP. LEONE A. CONS. 458.

Milites civilem curam non debent adſumere. Bart.

16. Idem A. Dioſcoro.

MIlitares Viros, civiles [41] curas arripere prohibemus: aut ſi aliquam hujusmodi ſollicitudinem forte ſuſceperint, & militia ſtatim & privilegiis omnibus denudari decernimus, formidantibus his motum noſtræ ſerenitatis, qui temeritate ſaluberrimis ſtatutis obviam ire tentaverint.

Milites fieri per probatorias Principis tantum.

17. Imp. ZENO A. * Magiſt. milit.

NEminem in ullo numero equitum vel peditum, vel in quolibet limite, ſine noſtri numinis [42] ſacra probatoria in poſterum ſuſceri concedimus, conſuetudine quæ hactenus tenuit, antiquata, quæ Magiſteriæ poteſtati, vel Ducibus probatorias [43] militum facere, vel militibus adjungere licentiam tribuebat: ut hi tantum in numeris vel limitibus militent, qui a noſtra divinitate probatorias conſequuntur. Viros autem Eminentiſſimos pro tempore Magiſtros militum, nec non & viros Spectabiles Duces, ſi ſupplere numeros pro his, qui fatalibus fortibus decreſcent, neceſſarium eſſe putaverint, veritate diſcuſſa, per ſuggeſtionem ſuam noſtræ manſuetudini declarare, qui, & quanti, & in quo numero vel limite debeant ſurrogari: ut ita demum, prout noſtræ ſederit majeſtati, divina ſubnotatione ſubnixi militiam fortiantur: officio quod [44] tuæ ſublimitatis actibus obſecundat, centum librarum auri diſpendio feriendo, ſi ex aliqua parte, quæ ſtatuit noſtra ſerenitas, fuerint violata.

De Judicibus militum, & controverſiis dirimendis.

18. Imp. ANASTASIUS A. Joanni Magiſt. milit. præſentalium [45].

1 *L. 1. l. 2. §. ignominia a. 2. ff. de his, qui notantur, l. unica ſupr. de juſtap. l. 10. tit. 57. l. 2. ſupr. de dignitat.* 2 Omnibus. 3 *Arcentur*, Cujac. & ita legitur in *lib. Aured. & Dionyſ.* 4 Si quis ſolitus (Græcis eſt Φωτότατο) delertor factus, mortuus fuerit, bona ejus confiſcantur. *Synopſ. Baſil. tit. 4. c. 4.* 5 *L. 1. §. ſupr. fi reus vel accuſator mortuus.* 6 *l. 10. §. 1. ff. h. t.* 7 Vide *l. 38. §. 1. ff. de milit. teſt. l. 8. §. 1. hoc tit.* 8 Non ſolvuntur enim militia milites ob adveriam valetudinem, niſi denunciarint archiatri perpetuo eos vitio laborare, unde non mirum, ſi ex hac cauſa dimiſſi non temere reſtituuntur militiæ. vide porro Cujac. *in præmt. ff. ad princ. num.* 32. Dod. *ad c. propoſuit. de probat.* Guid. Pape *ſing.* 491. Bolog. *cauſ.* 6. Marſil. *ſing.* 127. Sylvan Nuptial. *l. 3. num.* 6. *ante fin. cum ſeq.* Mod. 9 Probatio eſt inſtrumentis medici referentis e vulnere & cicatrice vulnerari, nili judex vel adſeſſor in acta juſſerit referri, medicum, re tota diligenter explorata, de vulnere retuliſſe. vide Corſet. *ſing. Medicus.* 10 Cauſaria mit. ſio quid? adde *l. 6. §. h. t. l. 2. §. de his, qui non impletis ſtipend. l.* 10. 12 *l. 8. §. 5. ff. de excuſ. tut.* 11 *C. Theod. l. 7. l. 1. l. 4.* 12 Barbari dicuntur, qui Romano Imperio non parebant. *l. 26. §. de ſpectac. & ſpectat.* Ste &in *l. 6. in fin. ſ. de bon. damnator. S. L.* 13 Κεφαλικῶς τιμωρέται hæc ſententia. Qui hoſtes provocat, aut hoſtibus Romanos tradit, capitali pœna adhibitur. 6. Harm. S. Porro de ignis ſuppliciо & vivocombuſtione vide *l. 3. §. de Nili aggerib.* 14 *Animaretur, in C. Theod.* 15 *l. 3. C. Theod. hoc tit.* vid. *l. 26. §. 1. ff. de poſtlit. datalib.* milites, quibus permittur familias ſuas ad ſe vocare, nonniſi uxores, liberos, ſervoſque ſuos caſtrenſes, vel accerſere, vel circumducere & comites habere, *ut hic*, quod & præſidibus & magiſtratibus Romanis permittitur Senatusconſulto quoque. *l. 4. §. profeſſi. 2. ff. de offic. proconſ.* hic Apoſtolis licuit 2. Vegeti, ſcil. qui milites jurant, ſe militiam nunquam deſertoros. Non tantum autem vicinuio, ſed vel valetudine, vel ætate indulgentia, vel miſſio impetrabatur. *l. 2. §. de veteranis.* 48 *Al. deeſt.*

TAm Collatores & Provinciales, quam fortissimos milites, prout oportet, gubernari, minimeque læsionem aliquam seu dispendium perpeti, properantes, esse necessarium prospeximus [1], dicatissimos milites, qui [2] de diversis præsentalibus [3] numeris per Orientis partes noscuntur consistere, virorum spectabilium ducum justionibus obedire: ut quicquid emerserit quod pro communi securitate curandum est: hoc protinus, utpote militari præsidio in proximis locis constituto, competens possit mereri [4] remedium: ita videlicet, ut etiam agentibus causas tam criminaliter quam civiliter, præfati milites jam non apud magnificam magisteriam per Orientem potestatem, vel ex sententiis seu præceptionibus ejus, sed per interlocutiones seu dispositiones tam excellæ tuæ sedis, sub cujus jurisdictione consistunt [5], quam eorumdem ducum respondeant. §. 1. Eo scilicet observando, ut ad responsum [6], quem de officio tuæ sublimitatis huc usque ad prædictam Magisteriam per Orientem potestatem moris erat destinari, viris spectabilibus ducibus inhærsurus [7] mittatur, tam per se, quam per adjutores suos eosdem judices observare, & justiones eorum implere curaturus [8]: licentia [ei] non deneganda, & adresponsum [9], qui de officio alterius Viri Excelsi Magistri militum præsentalium [10] pro hac nostra dispositione destinatur, in locis, in quibus apparitionis tuæ sublimitatis ad responsum [non] contigerit reperiri, suam sollicitudinem pro emergentibus maxime causis peragere: cujus etiam illi qui de altero officio mittendus est, præbemus facultatem, ut non tantum per adjutores suos adresponsum, sed etiam invicem se adjuvando, nec publicis, nec privatis causis, vel executionibus abesse videantur: ad singulos etenim duces adresponsum de apparitoribus [11] nostris non perspeximus oportere destinari: ne per multitudinem eorum qualibet machinatione damna contra milites nostros augeri contingat. §. 2. Ut autem omnifariam tam publicæ commoditati, quam fortissimis prospiciatur militibus, sportularum [12] nihilominus exactionem merito censuimus moderandam [13]: & jubemus nec ipsis adresponsum, nec Adjutoribus eorum pro criminalibus, seu civilibus causis, etiam si ex publicis causis descendere, vel ad publicam causam pertinere dicantur, licere aliquid plus quam unum solidum a singulis, vel nolentibus, vel spontanea voluntate offerentibus suscipere militibus: ita ut si [14] universitas numeri, seu principiorum monenda fit, duplicata quantitate tantummodo sportulas accipiant: in his etenim cautis nec [15] plures quam duos primates [16] quorum nomina semel, ac primum gestis intervenientibus fuerint publicata, patimur convenire: syndico [17] videlicet prout consuetudo deposcit, legibusque cautum est ordinando. §. 3. Hoc quoque adjecto, ut pro omnibus [18] quibuslibet expensis faciendis [19] ingressus [20] in judicio duciano [21] unum tantummodo [22] solidum, nihilque amplius milites, vel syndici litigantes dependere compellantur: ut hujusmodi solatium ad commodum adresponsum [23], & ejus adjutorum & exceptorum proficiat: nihil sibi usurpare, vel suo nomine poscere, vel viris devotis principibus [24], qui ducianum observant [25] judicium, vel ducianum apparitionem de præfatis litibus concedendis: ita videlicet, ut super litis expensis, in personis etiam eorum quicunque milites pulsare maluerint, eadem forma fervetur. §. 4. Erit autem arbitrii [26] atque æstimationis virorum spectabilium ducum, pro qualitate negotiorum, vel quantitate quæ devotissimis militibus ab adversariis eorum ingeritur, vel [27] suam audientiam interponere litigiis, vel eorum discussionem dicatissimis principiis seu arbitris in locis degentibus committere. §. 5. Quibus viris Spectabilibus Ducibus, & eos observantibus adresponsum, seu Adjutoribus eorum curæ sit, si quando ad eosdem Duces milites [28] accersiti [29] fuerint, vel de locis, in quibus constituti sunt, moveri præcepti, ne quolibet modo curiales, seu Collatores [30] quibusdam atticiantur dispendiis: ita scilicet, ut pro militibus inspiciendis quandocunque voluerint viri spectabiles duces etiam præsentales devotissimos milites adhibere, non immodicam multitudinem eorum tempore pacis convocare [31] procurent. §. 6. Sin vero etiam necessitate poscente milites ad alia perveniant loca, læsionibus contra [32] curiales, seu collatores nihilominus modis omnibus abstineant: & si [tam] in eundo [quam redeundo] triginta tantum dies oporteat eos proficisci, ipsi suas expensas sibi præbendas (collatoribus, seu curialibus minime prægravandis) suscipere non cessent: fin autem ulteriore tempore in aliis locis necesse fit eos commorari, expensas eis ulterioris [33] (ut dictum est) temporis, ad quæ pervenerint loca, ministrari. §. 7. Quoniam vero comperimus quosdam temerario animo atque iniquo proposito, anteriore tempore certos de memoratis militibus tam in judicio sublimitatis tuæ, quam apud excellsam magisteriam per Orientem potestatem in accusationem deduxisse: & [eosdem [34]] eodem [35] tempore ad diversa quoque protraxisse judicia: diversasque [36] super iisdem personis, iisdemque causis, & negotiis prolatas fuisse sententias: ne postea nihilominus tantæ contra milites nostros insidiæ, tantaque confusio querelis quas eis ingeri contigerit, generentur: nemini liceat apud sedem Magnitudinis tuæ accusitione contra militem seu milites præsentales deposita, conventioneque oblata, eundem vel eosdem criminaliter, vel civiliter per justionem virorum spectabilium judicum, vel ducum inquietare, antequam negotium ex priori actione prioreque conventione finem legitimum fortiatur.

§. 8. Idemque versa vice observari, ut si quidem miles, seu milites præsentales provisione [37] Viri spectabilis Ducis incusati, ac admoniti fuerint: incusatori [38] licentia denegetur agenti postulationem, seu accusationem in judicio tuæ sublimitatis contra eundem militem, vel eosdem milites deponere: nec si eundem, vel eosdem tam criminaliter quam civiliter obnoxios esse firmaverit, facultatem eidem agenti superesse: & separatis intentionibus suis, pro criminalibus quidem tuæ celsitudinis judicium, pro civilibus autem Viri Spectabilis Ducis Sublimitatem, seu [39] versa vice occupare. §. 9. Si quis vero ad hujusmodi tam audacissimum, tamque æquitati contrarium conamen prosiluerit: eum pro pecuniariis quidem negotiis, jactura litis, & damnorum quæ vitio ejus contigerunt, solutione percelli: pro criminalibus autem quasi calumniatorem convictum legum aculeos sentire. §. 10. Dispositiones autem antelatas, non ad imminuendam potestatem magisteriæ per Orientem administrationis, sed pro tuitione locorum, ac securitate publica noscimur præstitisse: cum non dubium sit, ipsos etiam duces, quibus fortissimi præsentales milites parere præcepti sunt, sub eadem excelsa potestate esse constitutos.

TIT. XXXVII.

DE [40] CASTRENSI PECULIO MILITUM, ET PRÆFECTIANORUM [41].

1. Imp. ALEXANDER A. Prisciano.

SI in potestate tua filius tuus fuit eo tempore quo quædam nomine ejus emisti: ea [42] tua esse non dubitatur. Peculio [43] autem castrensi cedunt res mobiles, quæ cunti in militiam a patre, vel a matre aliisve propinquis, vel amicis donatæ sunt: item quæ in castris per occasionem militiæ quæruntur; in quibus sunt etiam hereditates eorum qui non alias noti esse potuerunt, nisi per militiæ occasionem: etiamsi res immobiles in his erunt. Matris autem hereditas quamvis in militia delata sit, ad peculium castrense non pertinet. In castrensi vero peculio prædium [44] donatum non esse constat, quamvis empta ex castrensi peculio prædia, ejus conditionis efficiantur.

2. Idem A. Felici.

FIliusfamilias [45] alienationem nullius rei sine voluntate patris habet, nisi castrense peculium habeat.

3. Idem A. Feliciano.

ERrat [46] qui tibi persuasit, quod nexu paternæ [47] potestatis, jure [48] sacramenti solutus es. Manent enim nihilominus milites in potestate parentum: sed peculium [49] castrense proprium habent: nec [50] in eo ullum jus patris est.

Hereditas fratris quæsita militanti in castris, in castrensi peculio numeratur. Bart.

4. Imp. GORDIANUS A.

CUm allegas te a fratre tuo, eodemque commilitone in eisdem castris institutum [51] heredem: successionem ejus potius in castrensi peculio tuo, quam patri tuo, cujus in potestate, per te quæsitam videri, rationis est. Etenim peregrinationis laborem [52] sociatum commilitii ejus, & obeundorum munerum consortium affectioni fraternæ nonnihil addidisse, quinimo vice mutua chariores invicem sibi [eos [53]] reddidisse credendum [54] est.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA.

INtelligis filio, qui militavit, defuncto, peculium ejus penes patrem remansisse, non hereditatem patri quæsitam.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Zoilo P. P.

JUs [55] castrensis peculii, tam scriniarios, quam exceptores, cæterosque, qui in officio sui culminis merendi licentiam habere noscuntur: ac si in legione [56] prima adjutrice nostræ reipublicæ militent, inviolatum habere præcipimus.

TIT.

1 Diximus, *al. perspeximus.* 2 Forum fortiuntur milites præsentales, non apud magistrum militum per Orientem, sed apud magistros militum præsentales & duces: licet ipsi duces sint sub magistro militum per Orientem. 3 Ferræ præsentalibus. 4 Adhiberi. 5 Existunt. 6 *Adresponsum*, conjunctim legendum est: erat autem dignitas, de qua hic tractat. Cujac. 7 *Al. in mensuris mittantur*, sed male. 8 Curatores. 9 Adresponsus, ἀπαντητικῷ, responsalis, qui vice magistri militum præsentalium responsa dabat. *Novell.* 24. *c.* 4. *verf. ad hæc. Nov.* 25. *c.* 1. *in fin. Edict.* 8. *c.* 3. 8. 4. 10 Præsentalis, *al. præsentalis, al. præsentiarum.* 11 Apparitoribus. 12 Sportularum modus qui fuerit in judicio Duciano. 13 Ordinandum. 14 Numerus militum, si qua forte sit causa, quæ ad tutum numerum pertineat, litigare per lyndicum potest: ut hæc porte polit conveniri per duos numeri primates. 15 Primates numerorum militarium. 16 *Sc.* 17 Syndicum numeri etiam militares constituunt. 18 *Al.* additur &. 19 Sportulæ dabantur judicibus in ingressu judicii. 20 In ingressu judicii, al. *in ingressu in judicio.* 21 Al. *ducianæ.* 22 Tantum. 23 Sportulæ, de quibus hic, adrefponlo & adjutoribus ejus præstantur, non principibus officii Duciani, officiove Duciano. 24 Principalibus. 25 Ducianum servant. 26 Pro arbitrio atque æstimatione. 27 Duces militum per le causas militares dispensare debent, vel delegare arbitris, aut principiis numerorum, in quibus ex prisca consuetudine jus solebat reddi. 28 Milites vocati a ducibus, curiales, vel collatores, tumultus gravari non debent, nisi ultra dies septingenta morari eis libet necesse. 29 Accersiri. 30 *l.* 3. *f. de erogat. militaris annonæ. l. t. tit.* 38. 31 Provocare. 32 Circa. 33 Ulteriores 34 Al. *desf.* 35 Milites eadem de re eodem tempore non conveniendi apud magistrum militum præsentalium, & duces, ne privilegiatum actiones. 36 Diversas quoque. 37 Pro justione. 38 Accusatori, al. *utrum quæ absf.* 39 Sub. versa vice.

40 *L.* 49. *D.* 17. 41 *Præfectiani* erant apparitores præfecti prætorio, *l.* 2. & 3. *f. de apparit. præf. prat. h. l. tit.* 53. Ammian. Marcell. *lib.* 17. Sunt qui legunt, *præfectorianum.* 42 Vid. *l.* 6. *in pr. ff. de bon. quæ lib.* 43 Peculio castrensi quæ cedant, adde *l.* 11. *ff. h. t.* 44 *l.* 4. *fasp. familia erciscunde.* 45 Patria potestate non liberat militia, divi *l.* 7. *ff. de patria potestate, & Novell.* 81. 46 Al. *Erat.* 47 Peculio castrensi excepto, filiusfamilias nec vendere, nec alienare sine voluntate patris potest. *Synopf. Basil.* 22. *tit.* 5. *ex lib.* 16. *tit.* 2. *c.* 23. 48 Sacramenti jus, militia seu jus militiæ. 49 Peculium castrense proprium est ipsorum militum, licet sint filiifamilias, *l.* 4. *fasp. familiæ, l.* 12. *verf. cum autem. l.* 21. *fasp. de collat. l.* 1. *S. nec castrense. l.* 15. *ff. de collat. hon. l.* 4. *ff. h. t. l.* 52. *S. Papinianus. 6. ff. pro facto. Inft. quibus non eft permiffum in pr. verf. ex hoc.* 50 *l.* 10. *ff. hoc tit.* 51 Vel tibi legatum. *l.* 5. *l. S. l.* 11. *ff. hoc tit.* 52 Al. *labor facientis commilitis ejus Cr, J. credendus. al. commilitoni.* 53 Abeft a *quibusdam lib.* 54 Pretiumtur ex frequenti conversatione augeri affectio inter confanguineos: de qua præsumptione vide Alciatum 1. *præsumptiones* 20. 55 Peculii castrensis jus habent tam scriniarii, quam exceptores P. Prætorio: videntur enim prima legionis esse, quæ principis est adjutrix. *Synopf. Basil. lib.* 6. *tit.* 4. *ex lib.* 7. *tit.* 2. *cap.* 26. *& lib.* 57. *tit.* 8. *ex lib.* 55. *tit.* 2. *cap.* 26. 56 Legio prima adjutrix appellata, *ut hic.* Tacit. 18. *annal.* Imo secunda est. *l.* 1. *S. de professoribus. lib.* 10. *tit.* 52. vide Alciatum 1. *pater. num.* 18. & ita quoque legendum est versus in numismatis P. Ælio Mutiano Spec. legionis secundæ adjutricis Vitalianus & Vitalis avunculi. Vere defendi potest, *adjutricem legionem* duplicem fuisse, primam & secundam. Ita in marmore Bude legitur, *fcholæ legionum* I. & II. *adjutricum piarum.* Fit ita mentio in itinerario Antonini primæ & secundæ legionis adjutricis. apud Ptolomæum 2. *c.* 15. auxiliaria prima appellitur. Tacitus 1. *annal.* eam Italicam appellat: Miserviam Spartianus. Tertiæ legionis nomen erat Cyrenaicæ, fic enim Romæ in antiquo marmore legitur: M. *Pompeii M. F. Am. Aftro leg.* 15. *Apoll. cohort.* 3. *primop. leg.* 111. *Cyrenaicæ.* Quarta legio Macedonia dicitur ut Tacit. 19. Septima Claudia. Tacit. 19. & Galliana Tacit. 2. & Octava bis Augustalis, idque in faxo Viterbii oftenditur, Tre. Mil. leg. S. bis Augusti. Q. Urbano prouque provinc. Cretæ & Cyrenarum adlli Pl. pr. legato D. Veipafiano leg. 13. geminæ procons. provinc. Macedoniæ P. Tullius Varro optimo patri. Duodecim. *fulminatrices.* Sic enim in antiquo faxo Romæ extat, Veterano leg. 12. Fulminat. Decimatertia Gemina appellata eft, at S. Decimaquinta Apollinaris, *ut fupr. quoque conftat.* Vicelima Victrix, in faxo veteris. Præf. Calfr. leg. 20. Vit. Vigefima-prima, Rapax Tacit. 18. & 19. Extat Bononiæ monumentum hac inscriptione: *Q. Manlio C. F. Coelor. tr. leg.* 21. *Rapac. præf. equit. exact. trib. civit. Gall. fac. curi.* certus lib. in agr. *l.* 49. cujus inscriptionis memini Alciatus *ut admotationibus* 17. *Lucii.* Vigefima-fecunda, Primigenia nuncupata eft: reperitur in marmore quodam Romæ, *P. Celio P. F. Ser. Balbino Vifitoliæ Pio* 10. *viro ftlitio fue Judic. 6. viro equitum Rom. turmæ. quæst. tr. milit. leg.* 22. *Primig.* Adi Waltherum 1. *Miscellanearum* 15. & Alciatum 6. *parerg.* 18. adde *l.* ult. *S. de off. præf. prætor. l.* 1. *S. de profeffcrib. & mediciis l.* 10. *tit.* 52. Spartianum *in Adriano. Dionem* 55.

TIT.

TIT. XXXVIII.

DE [1] EROGATIONE [2] MILITARIS [3] ANNONÆ.

1. Imp. CONSTANTINUS A. & JULIANUS C. Helpidio P. P.

REpetita [4] consuetudo monstravit expeditionis tempore buccellatum [5], ac panem: vinum quoque, atque acetum; sed & lardum, carnem etiam vervecinam milites nostros ita solere percipere: in [6] duobus diebus buccellatum [7], in tertio die panem: uno die vinum, alio die acetum, uno die lardum, biduo carnem vervecinam. Dat. 16. Kal. Jan. *Hieropoli*, CONSTANTIO X. & JULIANO C. III. CONSS. 360.

2. Imp. JOVIANUS A. Secundo P. P.

VIcesimo [8] non amplius lapide milites sibi jubemus paleas convectare. Dat. 5. Kal. Octob. *Ædeſa*, JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

Milites ut aliquid in cœna habeant, a provincialibus nihil poſſunt accipere. Bart.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Victorem Magift. militum.

COEnaticorum [9] nomine milites, & eorum super instantes [10] nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant etenim milites quod oporteat eos commoda sua quæ in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes, extrinsecus detrimentis provinciales non adficere. Dat. 6. Kalend. Jan. *Bonamorſione*, Divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

4. Iidem AA. [11] ad Auxonium P. P.

SIcut [12] fieri per omnes limites salubri prospectione præcipimus, species annonarias vicinioribus limitibus a provincialibus ordinabis [13] ad castra confetri: sed in veterani [14] castris constituti milites, duas alimoniarum partes ibidem [15] de conditis sumant: nec amplius quam tertiam partem ipsi vehere cogantur. Dat. 5. Non. Maji, *Martianopol.* VALENTINIANO NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

5. Imppp. VALENT. VALENS, & GRAT. AAA. ad Probum P. P.

ACtuarii [16], nisi expleto triginta dierum spatio, pittacia [17] authentica confestim tradiderint: species quas ex siscalibus conditis [18] dissimulaverint excludere, vel numero, cujus ratiocinia petractant, superfederint erogare: de propriis facultatibus, vel militibus ipsis, vel siscalibus horreis addicantur inferre. Datum 6. Id. April. *Sirmio*, VALENTINIANO & VALENTE AA. CONSS. 370.

Militibus præstanda est annona singulis diebus & ante lapſum anni. 6. Iidem AAA. ad Modestum P. P.

FOrtissimi [19] ac devotissimi milites annonas & capita singulis diebus, aut certe [20] competenti tempore, id est, priusquam annus elabatur, de horreis consequantur: aut si perceptionem suam ac si [21] debitam studio voluerint [22] protelare: id [23] quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis vindicetur [24]. Dat. prid. Non. April. *Antiochiæ*, GRATIANO A. IV. & MEROBAUDE V. C. CONSS. 377.

Qui tempore fertilitatis annonam neglexerit recipere de publico, tempore caristiæ pretium ipsius, aut annonam non petet. Bart.

7. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. Rufino P. P.

NUlli militarium [25] pro [26] his annonis, quæ in Provinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare: ita ut si quis propter [27] anni abundantiam fuscipere oblata neglexerit, ac postea impositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxaverit: neque id, quod contra hanc legem expedit, sinatur exigere: neque id quod accipere dilimulaverit consequatur. Dat. 3. Kal. Aug. CP. THEOD. A. III. & ABUNDANTIO V. C. CONSS. 395.

Fenum militibus & vexillariis opportunum, ac etiam ſcholarum tribunis, & comitibus illuſtribus ad domum eorum habitationis apportatur. Bart.

8. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hilario P. P.

PRovincialium [28] commodis nos convenit subvenire. Ad omnium itaque numerorum sive vexillationum, aut etiam scholarum Tribunos, vel Viros Illustres Comites Sublimitas tua fiat pervenire, ut meminerint fœnum [29] militibus justis capitibus præstandum, juxta legem divi Valentiniani: nec [30] tamen ad oppidum deferendum. Dat. 16. Kal. Jul. ARCAD. IV. & HONORIO III. AA. CONSS. 366.

9. Iidem Impp. AA. P. P.

EXcellentia [31] tua erogationis per fusceptores factæ modum quantitate brevium conferri perficiat, ita ut quo die numeris datum sit, diligentius exploretur: ac si quid amplius actuarios [32], vel optiones [33] accepisse constiterit, quam brevium datorum scriniis nostris veritas continet, memorati in duplum reddere compellantur: susceptoribus ea summa imputanda, quam semel flagitantibus eosdem erogasse monstraverint. nam ad illustres quoque viros Magistros utriusque militiæ sacri apices cucurrerunt, quibus provida sanctione decrevimus, ut breves ante indictionis principium summa fide ac veritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a Susceptoribus erogatio celebretur. Dat. 8. Kal. April. CP. HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO V. C. CONSS. 400.

Post Kal. Nov. militibus vinum novum, non vetus tribuatur. Bart.

10. Iidem AA. Eutychiano P. P.

JUbemus [34] per omnes Provincias cunctis numeris ac militibus a Novembri mense de novello vino [35] annonam dari: quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio. Dat. 10. Kalend. Jun. HONORIO A. IV. & EUTYCH. V. C. CONSS. 400.

11. Iidem AA. provincialibus proconsularis.

OPinatoribus [36], id est exactoribus militaris annonæ, nullum sit cum Provincialibus commercium: ita ut a Ducibus, vel officio Provinciali omnis summa debiti postuletur, intra anni spacium conferenda. Dat. prid. Kal. April. *Mediolan.* VINCENTIO & PRAVITTA [37] CONSS. 403.

Septem diebus fori militibus non venduntur res pretio viliori. Bart.

12. Iidem AA. & THEOD. A. Anthemio P. P.

SEptem diebus [38], per quos Tribuni [Prætoriani] emolumenti gratia solenniter ftellaturæ [39] nomine species consequuntur: species restantes [40] non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum venalium dittribantur. Dat. 5. Id. April. CP. ARCADIO A. VI. & PROBO V. C. CONSS. 406.

13. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P.

LEge [41] repetita censemus, ut si quis militum interclusam specierum exactionem refricare [42] tentaverit, vel adærationes [43] statutas ausus fuerit immutare: tam vir spectabilis dux, centum librarum auri, quam ejus etiam officium pari condemnationis summa quatiatur [44], adjecta sacrilegii [45] pœna, quæ divalium scitorum violatores palam insequitur. Dat. 10. Kal. April. CP. HONORIO VIII. & THEOD. III. AA. CONSS. 409.

Exactor militaris annonæ ſcholari ad numerum cogendum deputato unum ſolidum præſtabit. Bart.

14. Iidem AA. Constantio Magistro militum.

HIs [46] scholaribus, quibus laborum ingratu regendos numeros dedimus, de ærariis annonis singulos solidos per opinatores [47], cabalationis quoque rationem pro administrato tempore debitam, quando militibus erogatur, sine mora præberi oportet: vel si quis eorum, antequam accipiat, in fata concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur [48], heredibus ejus restitui. Datum 13. Kalend. Decembr. CONSTANTIO & CONSTANTE VV. CC. CONSS. 414.

15. Iidem AA. Asclepiodoto P. P.

ANnonas [49] omnes, quæ universis officiis atque sacri Palatii ministeriis, & sacris scriniis cæterisque cunctarum administeriis dignitatum adfolent delegari, quasque hi, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate, & libidine sua graviter ex provincialium visceribus eruebant: ad similitudinem militum, quibus ærariæ præbentur annonæ, aderari [50], præcipimus: ut omnibus supra [51] designatis emolumenta debita in pretiis dispositio tui culminis pro publica utilitate taxatis præcipiat erogari. Dat. 16. Kalend. Mart. CP. ASCLEPIODOTO, & MARINIANO CONSS. 423.

Erogator jurare debet ſe officium legaliter & ſecundum juſtitiam peraditurum. Bart.

16. Imp. ANASTASIUS Longino Magist. equitum ac peditum.

JUbemus per hanc divinam dispositionem eos, quibus ex officio tuæ Sublimitatis militarium meritorum few cujuslibet præstationis committitur erogatio, in primis jurare [52] pro justitiæ ratione injunctam

1 *L.* 7. *C. Theod.* 4. περὶ ἀπόνων καὶ ὄρων αὐτῶν &c. De annonis & earum erogationibus. Item palæa a militari vigsimo convehendas esse: Praterea conjugem liberosque defuncti ab erogatore παρὰ τὸ ὁριστῶν quidquid ei debebatur ad mortem usque, consequi. *Synopf. Basil.* 57. *tit.* 4. 2 Zonaras in *cap.* 83. *Apoſtol.* differentiam facit inter διακόσμησιν στρατείας ἐφεστώτων, & ὑποδοχὴν τροφῶν στρατιωτικὰς ἀφορμῶν, & ἐπιμερισμὸν ἀννώνης, adde *l.* 12. *S.* 1. *ff. de re militari.* 3 Al. *erogatione militia & annonæ.* 4 *l.* 6. *Cod. Theod. h. t.* 5 Buccellatum est frumentum ad usus disturnitatem coctum: Gallica lingua vocamus *Biscuit.* Ammian. Marcell. *lib.* 18. Huc refer Xenophontem *lib.* 3. ἀνάβασιν, ut hinc conster, fobrium & frugalem annonam veteres militibus erogasse, ne rem militarem enervarent. Et ita quoque videtur ad Imperatores magni, ut frugalitatis & continentiæ exemplum suis militibus esset. Hinc Hadrianus exemplo Trajani, Scipionis Æmiliani & Metelli, ut foliti erat cibis castrensibus, lardo, caseo, posca. Spartianus. 6 Ut militibus expeditionis tempore biduo buccellatum, uno die panis, biduo caro vervecina, uno die lardum detur. 7 Al. *fic*, in duos dies buccellatum, in tres panem. al. *bidua.* 8 Milites paleas ultra vicesimum lapidem fei militare quærere non debent. 9 *Id est*, pro cœna, al. *Veneticorum. a Menaticorum.* Porro *cenaticæ* genus exactionis, quod milites exigebant a provincialibus, quasi pro cœna, quale est, quod Galli vocant. *La paſſade*, adde quæ scripsi ad *l.* 7. *h. t. l.* 12. *C. Th. h. t.* 18. *S. quib. S. fupr. de re militari.* Rolandum a Vall. *l. conf.* 66. *n.* 10. Cuiac. *Nov.* 130. adde *l. S. unfr. de mort.tis. h. l. tit.* 41. 10 Super his stantes, al. *inſuper ſtantes.* 11 Al. Impp. Valens, Grat. & Valent. AAA. P. P. 12 *l.* 15. *C. Theod. h. t. l.* 6. *fupr. de annon. & tribut.* 13 Ordinatis, al. *ordinalibus.* 14 Al. *in veteranis.* 15 Iidem. 16 *l.* 16. *C. Theod. h. t.* Actuarii (hi Græcis ὑποσημειοφόροι λόγων, id est ἀόρων seu commentariorum cultodes) intra dies triginta tradere authentica pittacia debent. Secundum ea pittacia militibus fit erogatio annonarum, & ideo dicuntur pittacia τῶν ἀποτρεφόντων. 17 Pittacia sunt rationes & commentarii annonarum militarium. 18 Creditis. 19 *l.* 17. *C. Theod. h. t.* 20 Certo. 21 Ac sibi debitam. 22 *l.* 7. *Miſcellanearum* 15. & Alciatum 6. *parerg.* 18. adde *l.* ult. *S. de off. præf. prætor. l.* 1. *S. de profeſſoribus, & medicis l.* 10. *tit.* 52. Spartianum *in Adriano. Dionem* 55. 23 Differunt. 24 Specialis est causa in terminis, in quibus loquitur, nec extenditur. Bald. *ad l. acceptam. col.* 4. *queſt.* 16. *Cod. de ſolut.* Alexand. *ad l. Semel mora. ff. ſolut. matr. num.* 2. Jalon. *ad l. prætor. S. ſi aliquando. ff. de nov. oper. nunc. n.* 3. Mor. 25 Militum. 26 *l.* 20. *C. Theod. h. t.* Militibus non licet adæra-

tionis nomine, quæ Græcis ἀπαιτησιμὸς. *Novell.* 43. 130. *c.* 4.) id est, pretia pro annonis accipere. al. *hic.* nihil nomine ἐπιδομητικῶν. *l.* 10. *verf. Si qui. J. de mutatii. h. t. tit.* 41. *Novell.* 134. *c.* 1. *verf. Neque vero.* nihil denique cœnaticorum, vel introitumi nomine, vel quo alio titulo commentitio, *l.* 3. *l.* 6. *fupr. h. t. Novell.* 130. 27 Per. *C. Theod. h. t.* 29 Scu. 30 Necdum ad oppidum. 31 *l.* 24. iidem & *apiarios* dicuntur. *l.* 7. *S. de exactor. trib. l.* 10. *tit.* 19. Cont. fed *epiſa* est ergastor militaris annona: cui actuarius adjungitur, *l. ult. J. h. t. l.* 3. *fupr. de apochis. l.* 10. *tit.* 22. *Novell. Martians de jud. dob.* fubtributarius, *l.* 1. *C. Theod. h. t. & numerarius, l.* 3. *C. Theod. de numerariis.* 34 *l.* 24. *C. Theod. h. t.* 35 Ex hac lege refponsit Balduss a Duce Mediolanenli interrogatus, quando novum vinum effet bibendum. Romani exemplo Trajani, Scipionis Æmiliani & Metelli, ut foliti erat cibis castrensibus, lardo, caseo, posca. Spartianus. 36 Al. *Optantibus. l.* 26. *C. Theod. h. t.* In exercitu delegatores (qui Harmenop. 6. *tit.* 14. *& lib.* 14. *in fin.* legatarii) copiis militaribus, hoc est militari annonæ providebant: optiones (de quibus hic) erogabant, *l. f. fupr. de exact. fic.*, in duos dies buccellatum, in tres panem. al. *bidua.* 8 Milites paleas ultra vicesimum lapidem fei militare quærere non debent. 9 *Id est*, pro cœna, al. *Veneticorum. a Menaticorum.* Porro *cenaticæ* genus exactionis, quod milites exigebant a provincialibus, quasi pro cœna, quale est, quod Galli vocant. *La paſſade*, adde quæ scripsi ad *l.* 7. *h. t. l.* 12. *C. Th. h. t.* 18. *S. quib. S. fupr. de re militari.* Rolandum a Vall. *l. conf.* 66. *n.* 10. Cuiac. *Nov.* 130. adde *l. S. unfr. de mort.tis. h. l. tit.* 41. 10 Super his stantes, al. *inſuper ſtantes.* 11 Al. Impp. Valens, Grat. & Valent. AAA. P. P. 12 *l.* 15. *C. Theod. h. t. l.* 6. *fupr. de annon. & tribut.* 13 Ordinatis, al. *ordinalibus.* 14 Al. *in veteranis.* 15 Iidem. 16 *l.* 16. *C. Theod. h. t.* Actuarii (hi Græcis ὑποσημειοφόροι λόγων, id est ἀόρων seu commentariorum cultodes) intra dies triginta tradere authentica pittacia debent. Secundum ea pittacia militibus fit erogatio annonarum, & ideo dicuntur pittacia τῶν ἀποτρεφόντων. 17 Pittacia sunt rationes & commentarii annonarum militarium. 18 Creditis. 19 *l.* 17. *C. Theod. h. t.* 20 Certo. 21 Ac sibi debitam. 22 *l.* 7. *Miſcellanearum* 15. & Alciatum 6. *parerg.* 18. adde *l.* ult. *S. de off. præf. prætor. l.* 1. *S. de profeſſoribus, & medicis l.* 10. *tit.* 52. Spartianum *in Adriano. Dionem* 55. 23 Differunt. 24 Specialis est causa in terminis, in quibus loquitur, nec extenditur. Bald. *ad l. acceptam. col.* 4. *queſt.* 16. *Cod. de ſolut.* Alexand. *ad l. Semel mora. ff. ſolut. matr. num.* 2. Jalon. *ad l. prætor. S. ſi aliquando. ff. de nov. oper. nunc. n.* 3. Mor. 25 Militum. 26 *l.* 20. *C. Theod. h. t.* Militibus non licet adæra-